



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 64. Seripandi Sententia de novo Canone conficiendo e pluribus probata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562

examinare oporteret. Verum Seripandus Cardinalis, quamvis Concilii continuationi faveret, veritus tamen, ne Archiepiscopi Granatensis oppositio animos occuparet, extemplo per eruditam dissertationem ostendit discrimen inter Canonem sub Julio III. sancitum, & illum, de quo agebatur; nam hic Cardinalis ita differebat: in duobus hæretici errarunt circa Eucharistiam, de re scilicet in Sacramento contenta, nec non de usu Sacramenti: porro priorem errorem rejiciebat damnatio, quam prior Synodus sub Julio Papa celebrata fecit, ubi Christi Corpus realiter esse præsens definebatur: nunc vero agitur de altero errore, nam in ejus usu versatur recens lutheri hæresis, dum ille improbabat consuetudinem Ecclesiæ Catholicæ, quasi ea unam fidelibus tradens speciem haud plane satisfaciat Christi institutioni, per quam utraque species tradita est: His dictis Seripandus verba ipsius Lutheri proferebat, atque hunc errorem parato Canone damnandum esse afferebatur.

§. LXIV.

Seripandi sententia de novo Canone conficiendo pluribus probata.

Pallav. n. 8. **H**is Seripandi rationibus plures acquievere, quibusdam tamen supervacaneum

Es 9.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

neum videbatur, subtilius perscrutari,
 an novam Lutherus hæresim in illud
 mysterium induxerit. Ceterum agebat
 Joannes Trevisanus Venetus Patriarcha:
 „certum est integram Christi præsen-
 „tiam sub unaquaque specie fuisse de-
 „finitam in Concilio Florentino, & ta-
 „men iterum eam definitam esse in Tri-
 „dentina Synodo sub Julio III.: insuper
 „constat, errorem eorum, qui defen-
 „dunt præcipi lege Divina, ut sub ut-
 „raque specie sumatur Eucharistia, a
 „Constantiensi Concilio fuisse proscri-
 „ptum, & nunc iterum primo Canone
 „eundem errorem proscribi; cur igitur
 „ad rem amplius confirmandam, & de-
 „clarandam tertium Canonem ex pro-
 „positis recusabimus? an non, ut rur-
 „sus mentem nostram explicandi liber-
 „tas nobis relicta declaretur, sufficit,
 „quod in Lutheri verbis aliquod indi-
 „cium appareat hæresis novæ, quæ re-
 „pellitur hoc Canone, cum ea disertis
 „verbis damnata non esset in Tridentina
 „Synodo sub Julio III. celebrata. His
 „Trevisani rationibus major Patrum pars
 „assentiebatur, erantque nonnulli paucissi-
 „mi, qui sese illis opposerent.